

habebat interrogasset: Satisne putaret illa omnia romanis esse? respondit mor-  
dacer, irridens, ut qui exercitum illum  
Ducemque nec minus Romanos nosset.  
Optime & satis, inquit, esse puto roma-  
nis haec, quamuis auarissimi sint. Acris ur-  
banitas si diligenter attenditur, quan-  
tum, inter quaerentis & respondentis ani-  
mum intersit, sed aliquantis per ab exem-  
plis veteribus abeundum est.

## RECENTIRES.

DINVS.

**D**inus idem, cuius supra memini, cuius  
quadam muliere nobili ab adole-  
scientia stupri consuetudinem habuerat,  
cuius vir vel conjectura rei, vel notitia,  
infestus illi erat, sed nil nisi verbotenus  
audebat: Itaque sub specie iocandi, multa  
interdum aspera iactare, die quodam in-  
comitatus Dinus, in magna populi fre-  
quentia humili vchebatur equo, alter ut  
pudorem incuteret riuali, arrepta equi  
coma, & illius paruitatem & insedentis  
proceritatem irridere putans, hunc am-  
bulare (inquit) doces, sed ubi quæso pri-  
mum hanc artem didicisti? at ille equo  
calcaribus adacto, domituæ inquit, sic  
destinatum sibi ruborem, in interrogan-  
k. iij.